

## Campanella, *De sensu rerum et magia*

Spiritus vitalis calidus 5

*Qualités spécifiques* I, 1, 2 /calor, frigus, éléments

Quicquid est in effectibus<sup>1</sup> esse et in causis : ideoque Elementa ac mundum sentire. I, 1.

Nihil habent, quod non sit in causis, licet non eodem modo, quo in causis est. Hic autem modus varius nascitur ex mistura ac castigatione contrariorum actiones adversas edentibus. pag. 3. – Pag. 3. At sensus non videtur esse modus quidam Existentiae, veluti sunt aliae figurae, sed res essentialis, visque activa.

*Concept de dispositio contre la présence actuelle de l'homoeomeria chez Anaxag[ore]*<sup>2</sup>: disponi enim est partem habere rei faciendae. pag. 10, I, 3.

Nullum ergo ens dat, quod non habet pag. 10, I, 3.

Cum quid sentimus, non totam illius ac vim ac formam suscipimus [...] Spiritus sentit non quidem lapidis informatus, forma, nam lapis fieret. Sensus itaque non fit per informationem [...] sed per immutationem [...] Sensus igitur non solum passio est, sed fit simul cum discursu tam celeri, quod non percipitur [...] Et quidem animam esse calidum spiritum corporeum, tenuem, mobilem, aptum pati ac sentire subito, sicut aer in 2. Lib[ro] declarabimus. Ergo non est pura potentia, ut materia, sicut Aristoteli videtur, sed res tenuis, patibilisque ab omni re sibi dissimili, non autem a prorsus simili [...] At mens, quam Deus homini immittit, non modo hoc sensu, et memoria, et discursu sensitivo animali donata est, sed diviniore, altiorique ut palam fiet. Ergo sensus non passio sola est, sed perceptio passionis, et iudicium de objecto passionem inferente. I, IV p. 12 f.

Ex actionibus, passionibusque entium, omnia sentire ostenditur, ac sine sensu mundum esse chaos nec generationem, nec corruptionem fieri. [...] Fateri necesse est, alterum (elementum) ~~nosse~~ a terum nosse, esse sibi contrarium, ac illius necem parare, ut ipsum servetur I, 5, p. 14.

Processus  
du *sentire*  
(*informatio*,  
*immutatio*).  
Qualité de  
l'*anima*.  
Âme divine:  
Déf[inition]  
du  
*sensus*.

Sens des  
éléments,  
nécessaire.

<sup>1</sup> Weil avait par erreur écrit *effectis*.

<sup>2</sup> Anaxagore pensait que toutes choses retournent au chaos, naissent de l'*homoeomeria* [= ressemblance des parties] et reconduisent à l'*homoeomeria*.

Ce n'est pas Dieu, mais les *formae naturales* qui agissent dans les choses

Animalia vero a natura formari ~~opus~~ necesse est, remque omnem a sua forma activa, iuxta praeceptum Dei. Igitur dicere lapides deorum ferri ab Angelo et non a seipsis ignemque fugere terram inimicam, quoniam [ab] Angelo trahitur ad fugam, fictitia assertio est, indignaque Deo, tanquam non largitur fuerit omnem necessarium vigorem actibus cunctis. p. 19. *Contre la conception voulant que ce ne sont pas les formes, mais Dieu et les anges qui agiraient dans les choses.* Rerum operationes, in quibus ipsarum manifestatur sensus, non a Deo, nec ab Angelis, nec ab Anima mundi, nec ab intellectu agente, ut alii opinantur, sed ab ipsis formis naturalibus, at[tamen] non [sine] Deo fieri (p. 16). I, 6.

*L'instinct présuppose sensus et pensée I, 7, p. 21 ff.*

Sensus avant l'instinct.

Renvoi à Gilbert p. 30 ff<sup>3</sup>.

Sympathie et antipathie (contre Gilbert).

*Crainte du lion devant le coq, effet de l'aimant etc. à expliquer par la sympathie et l'antipathie]. Contre Gilbert (p. 31). In pluribus autem mihi vir sagax non satisfacit : Primo quia sensum et sympathiam (quae non sensus est, sed affectio ex sensu prodiens : omnis enim adpetitus proles est sensus boni, ut odium sensus mali, hoc est, rei destruentis) quasi spernit. I, 8 p. 25 ff.*

inter ? vacuum

*Les corps évitent et remplissent le vide, quoniam in totalitate ipsarum servantur et gaudent mutuo contactu ex vita communi. p. 35, I, 9.*

*Contre Aristote, mais tout à fait possible : quoniam veluti corpus nostrum naturaliter divisionem abhorret, at violenter ipsam patitur, ita mundano accidit corpori. p. 38, I, 10.*

## 2 Campanella

Espace

Spatium conicere licet, res cum voluptate ad ipsum trahi, atque occupent spatium, quod basis ~~existentiae~~ entitatis ens res accurrere ad implendum, quasi acquirentes libenter novum regnum existentiamque. p. 41. I, 12.

Monde = Être vivant. Matière = *locus formarum*. Corporellement avec effort et pensée.

Mundum esse animal mortale. I, 13. p. 43.

Materiam universalem, locum omnium formarum, sicuti spatium est locus omnium materialium, molem esse corpoream intelligimus. p. 48 – Putandum est ipsam ~~appetere~~ adpetere colorem variisque ornari formis. Item cum passio sit sensus, ipsaque ad patiendum aptissima sit, ad sentiendum quoque idonea est. p. 51. II, 2.

<sup>3</sup> William Gilbert (1544-1603), *De Magnete magnetica Philosophia*, Londres, 1600.

La matière reçoit  
forme, âme,  
sensus  
des *causae*  
agentes.

Dicere, quod ipsa est in potentia formae omnes, est dicere, quod ipsa potest recipere formas omnes, non autem dare. p. 53. Neque animam neque sensum neque formam ullam de materiae simul ? educi, sed ab agentibus effundi causis (p. 52) – Ergo sensus et anima non latet in materiae sinu, sed producitur a generante causa sui ipsius diffusiva. (p. 53). II, 3.

Âme  
(déf[inition])

Anima ergo est ipse spiritus tenuis et calidus ingeneratus in humore intra crassam molem, unde egredi prohibitus ipsam effingit formatque ad usus permanentiae vitaeque communis (p. 55). – Non

Sensus  
(déf[inition])

est putandum sensum esse, habere oculos, aures, nasum, linguam, cum et in mortuo animali neque oculus videat neque auris audiat nec nasus olfaciat : sed sensum esse perceptionem passionis, in ipso tamen spiritu vividiorem (p. 56) – Hic calor (solis) sub terram penetrat et abscedente sole remanet, disponitque ipsam in varias formas : ubi liquidam reddit, producit aquas, olum, gummi, ubi indurat, lapides, metalla etc., ubi attenuat, fumum vaporemque et ventum quorsumlibet mobilem : ubi autem ingenerat spiritum qui exhalare nequeat, sed disrumpit, vel intus remanet : Ergo quando producit animalia, spiritum intra corpulentiam generat (p. 55 f) II, 4.

Effet de  
la *calor*,  
naissance du  
*spiritus et de*  
*l'animal*.  
Naissance de  
*l'anima*.

Patet ergo calorem producere animalia et non ex materiae gremio sed ex materia attenuata et calore constitui animal (p. 58) II, 5 (putridae generationes)

*Les poisons opèrent par l'obstruction des voies du spiritus* : Hinc patet contra Aristotelem, animam sensitivam non esse incorpoream, impassibilemque, sed tenuissimam, volatile corpus. Non enim res corporea incorporeae obstruat viam aut mortem afferat (p. 67) – Anima spiritus est, quae vapore nutritur reficiturque et augetur (p. 64) – Anima res mobilis est, quae nervos intercurrit et sensum motumque statuae communicat (*ibid.*) II, 7.

Âme  
corporelle.

Oportet ergo asserere ipsum (animal) compositum esse ex re, quae semper movetur, et ex re immobili, quae tamen movetur a re mobili, cum illi placet [...] ; ergo anima est spiritus mobilis, tenuis, calidus. Item enim coelum semper movetur et ignis, qui etiam motu privatus extinguitur ; tellus autem semper quiescit. Ergo ex coelesti portione tenui calida mobilique et ex terrestri corpulenta torpidaque constat animal (p. 67 f) II, 8.

Une âme

Ergo unica est anima ; unus scilicet spiritus in toto corpore, in variis vasibus habitans et operans. Sed diversitas et incertitudo objectorum, mistorum ex bono et malo, variaequae actiones efficiunt videri animas multas essentialerque diversas esse in brutis (p. 72) II, 9.

Nulli dubium concoctionem in ventriculo fieri deinde in icore perfici [...] (etc.). Cum autem hos omnes actus operetur calor, quis neget illum animam esse ? § II, 10 (p. 80)

Vérité

Veritas enim est ipse rei Entitas. At tunc cognitor verus est, cum eas cognoscit sicut sunt, falsus autem quando sicuti non sunt. Sed in mundo non est falsitas et mendacium, quoniam res est omnis sicut est sibi non autem nobis, p. 84.

Concept  
etc.

*Concept per similitudinem* : sentire in simili (= discursus) ; resentire = reminiscentia ; sensus complicatur aut disjunctus = imaginatio II, 11 (p. 83)

Unité du monde

At in mundo non est odor neque foetor nec dulcedo nec amaritudo nec symphonia nec cacophonia, nisi particularium respectu rerum, quae aliis servantur, aliis destruuntur, toti autem mundo, cui res omnes sunt partes, omnes sunt harmonia, odor, dulcedo p. 91

*Ramener tout être au Tertium<sup>4</sup>* II, 12.

### **3 Campanella, De sensu r[erum] et m[agia]**

*Animal spiritus = forma d'après Ar[istote], toutes les parties de l'animal possèdent le sensus.*

*Les os, le sang sentent, mais à cause d'une trop grande mobilité ou de la dureté, la perception ne parvient pas à l'animal* (qui est spiritus habitans in crassa mole ad communis vitae usum organizata [sic]) *comme pour celui qui dort, il n'y a pas non plus de contact de la chair* (p. 95). Hinc elucescit spiritum animale intermanere in corpore, sicut nauta in navi, aut dominus in suo palatio, et populus in civitate ; non autem sicut forma informans aequaliter totum compositum, ut placet Aristoteli : *de tels phénomènes sont alors inexplicables* (p. 96). *Mais même ces objets possèdent aussi le sensus : le sang a à faire avec un malignus humor dans la fièvre, l'os reconnaît ce qui ressemble au fer-blanc et dont il se nourrit* (II, 13, p. 94 ff.).

Contre Ar[istote] ? Théorie de la connaissance du sens. Ce n'est pas une informatio, mais une immutatio.

*Contre la connaissance par informatio* : Item declarandum est illis, quis producit similitudines has ? Quomodo lapis exiit suam similitudinem exiit, et tamen remanet lapis ? Et quis eam de lapide extrahit ? Et quis defert ad sentientem potentiam ? Et quis copulat ? Et una suscepta similitudinem quomodo potest aliorum sensibilibus suscipere ? Et si est informatio similitudinum, quomodo simul pluribus formis albi et nigri oculus vel potentia oculi indivisibilis informatur ? Experientia quoque illis repugnat. Ut enim ignem sentiamus, non oportet totam formam ignis suscipere : sed sufficit parum calefieri. Sensus ergo non fit informatione, sed immutatione (p. 102). – *Doctrine du sens* II, 15, p. 101 ff.

Idem ergo spiritus audit, videt, gustat, quandoquidem ex organis in organa ita currit. Ergo non est forma organo affixa : tunc enim ab eo discedere non posset. (p. 115). Corporeum ergo est, mobile, et

---

<sup>4</sup> Weil renvoie ici à la conception triadique des êtres (créés et incréés) que Campanella a développée dans sa Métaphysique (il s'agit des trois « primalités » sur lesquelles Weil revient à la fin). Mais ce pourrait aussi être la triade télésienne chaleur-froid-matière.

passibile, principium sentiens. Est unus continuatione in cunctis sensoris, sicut aer in canalibus sonantibus (*ibid.* f. ) II, 17.

*Contre Ar[istote], l'âme n'est pas forme*: Nos autem respondemus esse agentem causam interclusam et intra operantem in corpore. Et quidem spiritum dicimus compositum ex calore et materia tenuissima. (p. 119). Ergo solum animal unum est compositione, quoniam unum habet spiritum. (ebd.).

Âme divine  
contre Averroès.  
Critique du  
concept  
aristotélicien de  
forma.

Hoc nomen forma figurae primo impositum est ; deinde ad ideam agentis translatum est et ad ipsam agentem virtutem. Hic autem sumitur pro habitu postremo rei genitae, quae multiplex est ; sed respondet ad certum modum ideae in divina mente, ex qua animal habet unitatem, et non ex hac Aristotelica forma. Scotus autem non inepte sufficere docet unitatem compositionis. Non negens tamen mentem a Deo infusam posse formam esse animalis humani, quin asseram cum clementina ita decernente. Sed decretum fuit (*de Sum. Trin. et fide catol.*<sup>5</sup>) contra Averroem, ponentem unicum modo intellectum in omnibus hominibus, non informantem, sed solum assistentem et eo modo, quo S. Augustinus in Christo ponit deitatem. Ut autem errorem Averrois everteret, dixit Papa, cuilibet homini inesse animam propriam informantem. Quod Platonizantes Theologi glossant. Nos autem credimus, ut Papa dicit. Anima enim, quae a Deo immittitur, non ex materiali pendet temperamento, sed a Deo, sicut lux a sole, ita quod potest diversa temperamenta colligata informare, sicut lumen simul informat speculum, aerem, nubem, actuatque. Sed res ex materia emergens nullo pacto potest forma esse temperamentorum diversorum. Talis autem est omnia, quae Aristoteles cognovit. A Deo enim ipse nihil producit, nisi motum primae sphaerae, quem alii motores imitantur (p. 120). II, 18.

*Doctrine de l'âme d'après Aristote et les disciples d'Aristote.* p. 121/3 II, 19.

Pas de sensation  
sans discours.

Quin asseram nullam fieri sensationem absque discursu. Non enim sensibilis anima informatur sensibili objecto, sed ex modica mutatione totam mensurat statim. p. 130.

Formation  
des concepts.

Res enim universalis in mundo non invenitur, ergo quando intelligo hominem et non Petrum et Franciscum, contingit, quia alias sensi Petrum et Franciscum aliosque similes homines, et quoniam ipsorum particularitates in spiritu non remanent, quia parum movent et raro vel semel ; similitudo autem, in qua conveniunt particularia, plurimum movet, quoniam in omnibus moventibus est, et prope et procul. p. 131.

Intelligere

#### **4 Campanella, De sensu r[erum] et m[agia]**

<sup>5</sup> Ensemble de décrets rapporté par Clément V (1305-1314) sous le nom de Clementinae, *De summa Trinitate et fide catholica*, in : *Corpus Juris Canonici*, éd. Richter-Friedberg, 2 vol., Leipzig, 1879.

Intelligere est sentire, confuse et a longe ; sentire est intelligere prope seu cominus. p. 132. – Stultum est opinari scientiam consistere in cognitione universalium. Quid sciam ego, si novero Petrum esse hominem, animal rationale, dum eius qualitates et proprietates, actus, virtutes, vitia et temperies ignoro ? Verum quidem est, cum impossibile sit omnia individua et conditiones addiscere, oportuisse scientias in universali et in confuso habere. p. 132.

Effectum nullum supra propriam causam elvari posse, principium nobis sit ad demonstrandam immortalitatem hominis divinamque naturam [...] At nos videmus hominem non quiescere sub natura elementorum solis et terrae, sed longe magis ampliusque super ipsa intelligere et desiderare et amare, operarique effectus altissimos supra elementa et filios elementorum solis et terrae, sed longe magis, ampliusque super ipsa intelligere et desiderare et amare, operarique effectus altissimos supra elementa et filios elementarum, ergo ab his originem et dependentiam non habet, sed a causa longe eminentiori, quae Deus nuncupatur [...] Ergo infinitae cuiuspiam causae homo soboles est, non autem solis et terrae tantum, quos in infinitum excedit, superegreditur, et supereminet [...] At quomodo potuisset sol largiri infinitum discursum homini supra ipsum solem, si tota humana anima spiritus sit a sole ingeneratus ? [...] Praeterea nullum Ens operatur frustra suas potissimas operationes, sed omnia ad certum natura finem eas dirigunt. At homo habet tanquam nobilissimas potissimasque operationes religionem et scientiam, quae praestarent potius molestiam vitae corporali, quam utilitatem, nisi alia illi vita conveniret et anima cum Divinitate non communicaret [...] Praeterea nullius Entis natura cogitat tractatque ea, quae sibi naturaliter non conveniunt, sed omnes servari student in illa, quam habent vita ; at homo non contentatur vita praesenti, sed aliam cogitat, summoque studio requirit, omnemque suffert laborem, ut ad ipsam vel cognoscendam perveniat ; longe vanissimam homini curiositatem natura dedisset, si haec, quam tantopere inquirat, vita sibi post mortem non conveniret. Natura autem in vanum non operatur, nec tam extrema desideria caeteris largitur animalibus. Ergo deteriora Entia melioris essent conditionis quam meliora. Praeterea appetitus hominis infinitus est [...] in homine vero imaginem et virtutem divinissimam (hoc indicat) [...] At quomodo potuisset in mentem hominis cadere, quod sit immortalis, nisi ipse in re abdita cognitione hoc cognosceret, aut a Deo non didicisset. *D'où le mépris de la vie et des biens matériels chez les gens pieux [...] En outre, pouvoir de l'homme en cas de complexion corporelle défavorable. De telles inventions proviennent de l'âme divine [...] Animalia una cum homine intra mundi ventrem manent, sicut vermes in ventre hominis, qui hominis vitam et animam et naturam ignorant : at homines vero, duntaxat soli adnadvertunt quid sit hoc animal magnum, id est, mundus eiusque principia et cursum et vitam et mortem quaeritant noruntque. Ergo solus homo extat inter animalia in ventre mundi, tanquam admirator et vicarius primae causae rerum omnium opificis. Praeterea homo communicat cum Angelis et Daemonibus et Deo [...] Praeterea argumentum Jesu Christi contra Sadducaeos [...] II, 25. p. 154 ff.*

Âme  
immortelle

Monde =  
être vivant

Spatium, Entia locans invenio primum immortale, quia nulli est contrarium ; omnia recipit basisque est omnis Entitatis creatae, quae nisi in eo subsistere potest, aut viva aut mortua. p. 157.

Admiror equidem hominem tanto praeditum ingenio et animamque eius regentem corpus nec tamen ipsam scire, qua ratione regat [...] Praeterea dubitamus, quid sit anima; et quidem nos ipsi dubitantes sunt anima. (p. 159). Ergo ~~Sapere est certo et interius~~ dicendum videtur aliam inesse causam, quae nos regit ducitque in fabricando corpore. Itaque brutorum animas et plantarum ab alia causa instrui regique : omnem

### **5 Campanella, De sensu r[erum] et m[ag]ia]**

-que animam manere intra corpus quasi caecam vel in tenebris, ita quod non videt seipsam neque opera sua, veluti si ego in tenebris scriberem hoc folium et alter in luce manens meam regeret manum ; ergo tunc non viderem meipsum neque id, quod scribo. Ac mox per fenestram prospicerem interrogando alios viatores, quid sum ego et quomodo scripsi, ita per oculos et aures explorat homo extrorsum quid sit anima et quomodo corpus regat, et quid ipsemet est anima, qui de seipso quaerit interrogatque. *Comme l'âme travaille merveilleusement dans l'organisation du corps, on se demande pourquoi elle ne sait pas ce qu'elle fait. Solution : la prime sagesse est dans toutes les choses et toutes les choses sont en elle, mais elle n'est pas commista retentaque.* Sed absque motu movetur a fine usque ad finem, omniaque operatur sicut princeps agens, omniaque agentia ipsius sunt instrumenta: errores vero instrumentorum sunt, non illius : At resultant in laudem illius. Igitur ipse Deus, qui est Prima Potentia, Prima Sapientia, Primus Amor, largitus est rebus omnibus potentiam vivendi et sapientiam et amorem, quantum sufficit conservationi ipsarum in tanto tempore necessariae, quantum determinavit eius mens pro rerum regimine in toto Ente, nec praeteriri potest. Calor ergo potest, sentit, amat esse ; ita et res omnis ; cupitque aeternari sicut Deus, et Deo res nulla moritur, sed solummodo mutatur, sed altera alteri videtur mortua ; et vere mortua est illi : sicuti ignis videtur malus frigori, et vere est illi malus, sed Deo omnia bona sunt. Ergo quando calor occlusus intra crassitudines exhalare non potest, deficiente illi potentia deficit etiam sapientia [...] Ergo obliviscitur esse coelum fitque unum cum materia illam organizat [sic] vivendi gratia [...] Universitas rerum sensum ergo habet quasi radios solis sapientiae primae ; ipsaque regit huiusmodi radios sapientissimo quodam modo in omni re, quae stupida videtur ; nam stupiditas rei est, sapientia vero mentis primae. p. 159 ff. II, 26.

(Quapropter) sapere est certo et interius scire res prout sunt. Hinc ipse invenio, sensus in nobis certiores esse, quam quaevis notitia intellectiva aut discursiva aut memorativa aut imaginativa. Omnes enim istiusmodi scientiae a sensu nascuntur et quando incertae sunt, ad sensum recurrunt, ut certitudinem hauriant, et ab eo corriguntur aut confirmantur : Ipsaeque sunt ipsemet sensus languens aut absens aut extraneus [...] Discursus ergo est procedere ad notitiam rei ignotae, per notitiam alterius rei similis illi, quam notitiam oportet a sensu acceptam esse [...] Porro non discurret nec argumentatur homo de rebus certis, sed incertis et super certis fundat discursum, eas autem certas putat, quas expertus est sensu. Itaque sensus praecipuum lumen est, per quem videmus quae

latent in tenebris [...] Ratio autem est incerta notitia, ideoque indiget probatione, et quidem quando probatio adducitur ex causa, ex alia sensatione petitur certa [...].

Propriété de l'Institut Eric Weil, Université de Lille